



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 55. Scriptorum Ecclesiasticorum religione Catholicorum obitus,  
eorumque opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

necem Ægyptii vicissim ulturi, Gubernatorem novum ad se Constantinopoli missum in vincula conjecerant: tandem vero sedato tumultu Mehemet Bassa Candixæ Gubernator, huic Provinciæ subrogatus est.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1721.

§. LV.

*Scriptorum Ecclesiasticorum mors, & opera.*

Scriptorum, qui se libris in lucem editis, iisque præclaris posteritati commendarunt, hocque anno decesserunt, memoria certe non est oblitteranda, nec delenda: Hos inter primo loco recenseri meretur Petrus Coustant Benedictinus ex Congregatione S. Mauri Decanus Abbatix S. Germani de Pratis, qui impellente Mabillonio novam operum S. Hilarii Pictaviensis Episcopi editionem adornavit, atque eruditissima, & proluxa præfatione auxit: Insuper in editione operum S. Augustini doctissimam crisin de Ejusdem sermonibus, aliisque supposititiis tractatibus adjecit. Postquam vero P. Germonius Jesuita librum P. Mabillonii de *re diplomatica* necnon Regulas, ex quibus supposititia a veris monumentis discerni possent, impugnasset, Coustantius in Mabillonii defensionem edidit vindicias manuscri-

Holberg.  
Hist. Eccl.  
t. 4. p. 319.  
327.  
Le Cerf Bibl.  
des Auth.  
pag. 62.  
Dupin Bibl.  
nouv. t. 18.

Hist. Eccles. Tom. LXXI. R pto-



Sæc. XVIII. ptorum Codicum a R. P. Germon impu-  
A. C. 1721. gnatorum, respondenti autem Germonio opposuit rursus *vindicias veterum Codicum confirmatas*, quibus Germonio occlusit. Celeberrimum autem Constantii opus sunt Decretales Pontificum epistolæ a Clemente I. usque ad Innocentium III. quibus eruditissimam præfixit dissertationem. II. Franciscus Pagi Ord. FF. Minorum S. Francisci continuavit criticam Antonii Pagi Patru sui in Annales Baronii; hic enim morte præventus non nisi primum totum compleverat. Edidit quoque Franciscus Breviarium Historico-Chronologico-Criticum quatuor voluminibus comprehensum. III. Jacobus Le Long ex Congregatione Patrum Oratorii ad prælum promovit Methodum Hebraicam Patris Renou, Bibliothecam sacram, sive Syllabum omnium fere S. Scripturæ editionum ac versionum, discursum Historicum in præcipuas editiones Bibliorum Polyglottorum, Historiam de diffidio Bonifacii VIII. cum Philippo Pulchro, Bibliothecam Historicam Franciæ, & Epistolam ad Martinum Ultrajectinum Prædicantem circa textum: *Tres sunt, qui testimonium dant* &c. IV. Petrus Daniel Huetius Abrincensis Episcopus Vir longe doctissimus, qui posteritati reliquit editionem

Com-



Commentariorum Origenis in sacram scripturam, libros duos de interpretatione, demonstrationem Evangelicam, quæstiones Alnetanas, de concordia fidei & rationis, Huetiana, de situ Paradisi terrestri, statuta Synodalia pro sua diæcesi, de navigationibus Salomonis, tractatum de imbecillitate intellectus humani, historiam commercii & de navigatione veterum, dissertationes de religione & plura alia. Obiit clarissimus hic Præsul die vigesima sexta Januarii anno ætatis suæ nonagesimo primo. Quamvis alii illum omnino centesimum ætatis annum attingisse, perperam scribant; certum enim est, Huetium die octava Februarii anno salutis millesimo sexcentesimo vigesimo primam lucem aspexisse: Ceterum erat hic Præsul morum probitate, comitate, & scientiarum amplitudine adeo excellens, ut non modo ad Delphini institutionem unacum Bosueto Meldensi Episcopo a Galliarum Rege seligeretur, sed & ad informationem junioris Regis Sueciæ, qui Carolo Gustavo successerat, Anno 1660. evocatus fuerit, id quidem Authoribus actorum Litterariorum prorsus singulare videtur, eoquod vix credibile sit, Serenissimam Caroli IX. Matrem, Reique Senatores, ac Tutores Luthera-

Sæc. XVIII.  
A. C. 1721.



Saec. XVIII. ranæ sectæ addictissimos Virum et  
 A. C. 1721. teroquin eruditissimum, attamen Ro-  
 mano Catholicum, Regis studiis atque  
 institutioni admovere voluisse. Verum  
 ipsemet Huetius in commentariis de re-  
 bus ad se pertinentibus Anno 1662. de  
 seipso hæc scripta reliquit: *Venerat in*  
*Galliam paucis ante hoc tempus diebus Co-*  
*mes Totius, a Rege Sueciæ missus, quo*  
*Legati munere fungeretur: Capellanum*  
*diit ille, quem mihi sciebat veteri necessi-*  
*dine addictum, dixitque habere se in ma-*  
*datis a Sueciæ Regni Proceribus, deman-*  
*tiaret mihi, universis illorum suffragiis de-*  
*lectum esse me, cui Regis sui in literis impo-*  
*tuendi cura traderetur: quapropter man-*  
*randam esse professionem meam in Sueciam*  
*quæ cum absenti mihi significare non poss-*  
*(agebam enim tunc in Normannia) rogavi*  
*Capellanum, id ad me confestim perferre-*  
*ret. Nec officio defuit Capellanus. Verum*  
*ego . . . . oblatum munus modeste re-*  
*savi. Hæc ille, de cujus fide, & Legati*  
*Suecici & Capellani sinceritate hæc*  
*dubitare licet. V. Eusebius Rena-*  
*dot Oratorii Presbyter, quem tamen*  
*alii Parisiis jam anno priori decessisse*  
*consent: Scripsit hic Historiam Patri-*  
*charum Alexandrinorum Jacobitarum*  
*Liturgiæ Orientalium collectionem*  
*Veteres relationes de Indiis & Sina-*  
*unacum notis, defensionem libri de*



perpetuitate fidei contra Aymonem Sæc. XVIII.  
&c. A. C. 1721.

§. LVI.

*Opera & obitus Scriptorum Aca-*  
*tholicorum.*

Ex A catholicis hoc anno mortuis plures  
celebre inter suos nomen sibi com-  
pararunt, & quidem I. Melchior Ley-  
deckerus Calvinista scripsit synopsis  
controversiarum de fædere, & Testa-  
mento Dei, Analysin Scripturæ, con-  
tinuationem Historiæ Hornii, Histo-  
riam Ecclesiæ Africanæ, Historiam Jan-  
senismi, comment. in Catechismum  
Heidelbergensem, de Republica Hebræo-  
rum, de motis controversiis in Frisia,  
de mente Pauli in Ep. ad Romanos &  
Galatas, de causis salutis, de consiliis  
Ecclesiæ Romanæ, Demonstrationem  
Evangelicam & nonnulla alia. II. Da-  
vid Martin edidit expositionem doctri-  
næ Ecclesiæ Catholicæ, Consideratio-  
nes generales de religione Christiana,  
Historiam N. & V. T. sermones in va-  
rios textus S. Scripturæ, Excellentiam  
fidei, tractatum de religione naturali,  
verum sensum Psalmi CX. Dissertatio-  
nes in textum: *Tres sunt in cælo* &c.  
& in testimonium Josephi, tractatum de  
religione revelata, responsum ad lite-  
ras

*Andr. Bibl.*  
*Belg.*  
*Schwert.*  
*Ath. Belg.*  
*Niceron.*  
*t. 16. p. 32.*